treniorum traditione cognouerat. Et ea mihi de his quae memoria
digna uidebantur per religiosum londoniensis ecclesiae presbyterum nothel
mum siue litteris mandata siue ipsius nothelmi uiua uoce referenda
transmisit, Qui uidelicet nothelm postea romam ueniens nonnullas
ibi beati gregorii papae simul et aliorum pontificum epistulas perscrutato
eiusdem sanctae ecclesiae romanae scrinio permissu eius qui nunc ipsi
ecclesiae praeest gregorii pontificis inuenit; Reuersusque nobis nostrae his
toriae inserendas cum consilio praefati albini reuerentissimi patris ad
A principio itaque uoluminis huius usque ad tempus quo gens tulit;
anglorum fidem christi percepit ex priorum maxime scriptis
hinc inde collectis ea quae promeremus didicimus; Exinde autem usque ad
tempora praesentia quae in ecclesia cantuariorum per discipulos beati gre
gorii papae siue successores eorum uel sub quibus regibus gesta sint memo
rati abbatis albini industria nothelmo ut diximus perferente cog
nouimus; Qui etiam prouinciae orientalium saxonum simul et occiden
talium necnon et orientalium anglorum atque nordanhymbrorum a quibus praesuli
bus uel quorum tempore regum gratiam euangelii perceperint nonnulla mihi
ex parte prodiderunt; Denique hortatu praecipue ipsius albini ut hoc opus
adgredi auderem prouocatus sum; Sed et danihel reuerentissimus occi
dentalium saxonum episcopus qui nunc usque superest nonnulla mihi de historia
ecclesiastica prouinciae ipsius simul et proxima illi australium saxonum
necnon et uectae insulae litteris mandata declarauit, Qualiter uero
per ministerium ceddi et ceadda religiosorum christi sacerdotum uel prouincia
qua merciorum ad fidem christi quam non nouerat peruenerit uel prouincia orienta
lium saxonum fidem quam olim exsufflauerat recuperauerit, Qualis etiam
ipsorum patrum uita uel obitus extiterit diligenter a fratribus monaste
rii quod ab ipsis conditum laestingaeu cognominatur agnouimus :~

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
© HAB http://diglib.hab.de/mss/34-weiss/start.htm?image=00012
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss34-weiss/0012